



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Usuris, & interesse, Pars II. de Cambiis, Pars III.
de Censibus, Pars IV. de Societatibus Officiorum

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XXI. Romana retentonis. An & quando creditori censuario, seù ejus
cessionario competat retentio bonorum debitoris pro debito sortis
principalis adversus creditores posteriores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74112](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74112)

majorētē pēpetuitatē ad annos 40. habentib⁹, ut in d. dec. 373. num. 11. par. 9.

Sed fortius, quia omnes hujusmodi difficultates procedunt etiam in debito puro ad creditoris libitum repetibili, multo magis ubi agitur de censu, quoniam

6 Aut tractatur de præscribenda sorte, & in ea verificabilis non est præscriptio, que nunquam currit non volentiagere ad not. text. in l. finali Cod. de annal. præscripto. Sors enim tanquam demorta non dicitur debita, atque creditor ad illius repetitionem agere prohibetur; ergo de plano intrat regula prædicta; Respondeat fructuum, in Rota & Curia, & foris in omnibus Italiae Tribunalibus, ut supra insinuatum est. receptam habemus opinionem Ultramontanorum contra Bart., quod cum non agatur de debito puro, sed conditionali, unica præscriptio non sufficiat, sed tot requirantur præscriptions, quot sunt anni, ut plenē dicta dec. 373. num. 14. par. 9. recent. ubi concordantes, & si talis exceptio suffragari potest pro annualitatibus præteritis, non autem ab annis 30. citra juxta opinionem, quam recepit praxis, cum de stricto jure, ubi adest juramentum, esse deberet ab annis 40.

Ea etiam respectu ipsius census ac juris exigendi fructus de præsenti, & de futuro, concurrente clara ratione, quod in hujusmodi annuis præstationibus seu **7** exigendi juribus incorporalibus dati non potest præscriptio nisi prævia petitione creditoris eum denegatione debitoris, ac subsequuta creditoris patientia, sine quibus utpote loco possessionis habendis, verificabilis non est præscriptio, inter cuius requisita illud continuata possessionis connumeratur, unde propria, (excepta præscriptione immemorabili vel centenaria, cuius vigore quicunque melior titulus libertatis inducitus allegari potest, & sic in proposito ille extinc-
tionis) receptum habemus quod in hujusmodi juribus tanquam facultativis non concurrentibus contradicione cum scientia & patientia ut supra, ex solo lapsu temporis non datur præscriptio ex deductis per Rovit. decif. 97. ubi de jure decimandi, & sapientia in dicta sua materia sub titulo de Decimis.

Major igitur ac unica præsens controversia difficultas consistebat in motivo præsumptae extinc-
tions quandoque ob longævum silentium per Rotam admissa, ut apud Milkin. decif. 235. Et in Cornetana re-
8 integrationis 26. Iunii 1641. coram Bichio Seraph. decif. 1333. in quibus auctoritatibus scribentes pro reo con-
vento fundamentum constituebant; Verum repli-
cando pro auctore dicebam, quod cum extincio fre-
quentius per actum retrofusilem fieri solet, non de
facili admittitur ejus probatio per præsumptiones &
conjecturas, ut in specie habeatur decif. 35. post Merlin.
de pignor. in fine, & admittitur in eadem decif. Seraph.
ubi non in solo silentio, sed in plerisque aliis probabi-
libus conjecturis & administris constitutur funda-
mentum.

Hinc proinde dicebam istam esse potius questio-
nem facti & applicationis quam juris, ex ejusdem fac-
ti circumstantiis decidendam, quibus attentis in pro-
posito id prætendiri non poterat, quoniam ab anno
1608. creationis census usque ad annum 1626. in quo
obit Cornelius creditor, non constabat de negativa
9 probanda per allegantem, quoties illa est fundamen-
tum intentionis ex deductis per Greg. & Adden. decif.
13. Buratt. Et Adden. dec. 10. potissimum quia affirmativa
videtur improbabilis ex parte creditoris, ubi præ-
sertim est hæres ignarus eorum, qua cum defuncto
gesta sunt, quoniam de communī uero, quando fiunt
solutiones fructuum census vel aliarum manuallium
præstationum, creditor solet facere apocam de recep-
to debitori, qui econverso facere non solet antapocam

creditori, undē ita debitor lacetando vel occultando quietantias & apocas de recepto post longum tempo-
ris intervallum cum sola allegatione negativæ, præ-
sertim cum hereditibus ignarū liberationem à pro-
prio debito consequi posset; Ab anno vero 1626. non
solum probanda erat, sed etiam scientia in hereda, ut
ita ex silentio, ac negligencia in exigendo deduci pos-
set allegata extinctionis administrum, quod neque
solum & de per se esset sufficiens, nisi alia quoque ur-
gerent in idem tendentia insinuata, & unitim pro judi-
cis prudenti arbitrio consideranda; Et ex his credebam
etiam cum sensu veritatis, nisi de congrua simulandi
causa, vel de aliis extinctionis administris doceretur,
pro auctrice respondendum esse; ut puto sequustum, ni-
si concordia controversiam terminaverit, cum igno-
ratus mihi remaneat causa exitus,

ROMANA RETENTIONIS

P R O
SOCIETATE SANCTI ELIGII
C U M
ILLIS DE PIERIS.

Casus disputatus coram Prelato Iudice
Commissario & pro Societate deter-
minatus.

An & quando creditori censuari, seu ejus
cessionario competat retentio bonorum
debitoris pro debito fortis principalis ad-
versus creditores posteriores,

S V M M A R I V M.

- F** Acti series.
2 Pro sorte census non datur retentio adversus
creditores posteriores.
4 Declaratur.
3 Possessorire censita competitus extinguendi censem
etiam invito creditore.
5 In concursu qui formatur in bonis debitoris de-
felli gradinatur creditor censuarius etiam pro
forte.

D I S C. XXI.

ASPAR Brunus aucto. Societatis. x
Eligii emit ab illis de Vetera contro-
versia domum pro scis 1000.
jam solitus, postea vero insurrex-
erunt quatuor creditores anteriores
illis, qui cum dicto prelio, repre-
sata per empotrem iurum cessione, dimisi fuerant,
inter quos duo erant creditores censuarii, qui contra
dictum empotrem seu Societatem ejus hæredem
immissionem in vim Salviani interdicti obtinuerant
pro fructibus decursus & in futurum decurrentis,
unde propterea possessor reportata iurum cessione
solvit, nedium fructus decursos, sed etiam sommam
priorum.

DISCURSUS XVIII.

37

principalem, quibus sequutis instarre exerunt illi de Piers immisionem ex eodem interdicto Salviani pertinentes tanquam pariter creditores anteriores illis, qui cum pretio dimissi fuerant, Atque Societate excipiente de retentione pro creditis anterioribus ut supra solutis, replicantibusque actionibus quod pro sorte principali dictorum duorum censuum anteriorum ut potest irrepetibili, & quae proinde dici non potest debilitum, non competit retentio adversus posteriores voluntates ex fructibus salve ipso fundo satisficeri ex firmatis apud Cavalier. dec. 539. num. 2. & dec. 54. num. 8: post Mangil. de subbaß, cum quibus procedit dec. 93. num. 14. post Merlin. de pignor. & in alius. Hic A.C. in prima instantia immisionem actionibus concessit.

Comissa vero causa appellacionis Praetato, in hoc statu ad defensionem assumptus, cum sensu etiam veritatis, dicebam injustam videri judicis primæ instantiae determinationem, atque licet per possessorum excepti de retentione pro dictis creditis anterioribus etiam ex causa fortis, Conclusio etenim prædicta de non danda retentione pro sorte principali, procedit ubi illa opponitur per creditorem censuum, vel per illum, qui altam non gerit personam nisi illam cessionarii ejusdem creditoris, cuius personam & jura tantum representet, quoniam cessionarius habere non potest majus jus quam cedens, ideoque eadem irrepetibilitatis exceptio, quæ obstat cedenti, obstat debet cessionario, atque in his terminis procedunt allegata decisiones, potissimum etiam fundamentum in eo constituentes, quod ibi agebatur de voluntaria cessione procurata per spoliatorem seu alias intrusum, ut in eius injusta & intrusiva possessione ita se confoveret.

Secus autem tibi agitur de legitimo possesso rei censuare jure dominii, qui licet potuit ad ipsam rem liberandam extinguere censem etiam invito credito censu ex deductis per Cent. qu. 104. num. 7. Romana doitis 5. May 1659. coram Bevilaque, & sepius, Tunc enim idem possessor qui tolendo de proprio pretium censu eff. & us est ejus creditor, nullatenus prohibendus venit ex cassis juribus anterioribus, retentionis beneficio uti adversus posteriores, quoniam si pro eodem credito tanquam ex facto calu evitatio nis ita evitare seu preventare, agere poterat contra venditorem, vel etiam contra tertios possessores ejus bonorum, multomagis retentionis beneficio uti protest, quia cui datur actio, fortius competit exceptio.

Clariss vero ex ea facti circumstantia, quod venditores erant jam defecti, atque in eorum bonis formatus erat concursus, qui in Curia ex reformatione Pantli V. inductus dicitur per unionem trium creditorum, isto enim casu conceditur ex aequali opinione concursus creditoris censuarii etiam pro sorte (non obstante quod teneatur, ac verior sit opinio, ut per deductionem debitoris contractus censualis non rescinditur, eo modo, quo de particulari stylo Sac. Conf. & aliorum Tribunalum Regni Neapolitanii ibi rescinditur) ut in praxi servari postulatos allegatos testantur Cenc. qu. 108. num. 13. & Olea de cessione iur. 4. quas. 2. num. ult. & latius agit Salgad. in Labyrinth. par. prima cap. 19. Ex ea clara ratione, quod licet creditum fortis principalis sit irrepetibile, unde propterea creditor pro illa agere non potest ad effectum solutionis, recte tamen agere potest in concursu, qui efformatur in bonis debitoris, ut creditores posteriores tot bona communis debitoris dimittere debeant, quæ sufficiant ad annum redditum, ita ut salva sorte super eorumdem bonorum proprietate sit etiam tutus de fructibus, quod posterioribus non expedit, eisque potius esset prajudiciale, quoniam non de facili datur casus,

Card. de Luca De censib. par. III.

ut bona adæquantia in valore sortem, dicantur constituer e fundum idoneum ad censem, undè propterea magis creditoribus posterioribus expedit ex pretio bonorum distrahendorum, sortem in pecunia per actum retrofimilem restitu, atque ex hac ratione prodit dicta praxis, quæ ubique communis videtur, ideoque injustam credebam actionum prætensionem & ita judicatum fuit.

ROMANA EXTINCTIONIS CENSUS

P R O

SOCIETATE SPIRITUS SANCTI
NEAPOLITANORUM.

C U M

NICOLAOU DE MAZZIOTTIS.

*Casus resolutus per Vicarium pro
Mazzotto.*

An & quando extincio census fieri possit per usufructuarium in præjudicium proprietarii seu ejus, qui vocatus est, per mortem illius, ad cuius favorem sub nomine ususfructus de cenu per creditorem dispositum fuit.

S V M M A R I V M.

- 1 F. Ab series.
- 2 Usufructuarium censu non posset illum extinguere.
- 3 Quando datur censu seu translatu solus usufructus formalis censu, vel etiam causalis.
- 4 De iusta excusatione debitoris facientis extinctionem cum eo cum quo fieri non posset.
- 5 Si duo insimul extinguant unum censem, vel vendant eadem loca montium. An unus ex eis vendice me dieat ex persona propria.

D I S C . XXII.

AGNES de Mazzottis domina ratæ censu scutorum 600, allegundi à Societate Spiritus Sancti, volens ingredi Monasterium, donavit usumfructum ratæ scutorum 300. Laura Emilie, & Portia Clarice scotoribus monialibus, cum reciproca inter eas, eisque morientibus succedere voluit Silviam alteram fororen tuni innuptam, cui eodem tempore donavit alteram ratam scutorum 300, dando huic facultatem sedotandi cum dicto cenu etiam in proprietate, dictaque Sylvia sine filiis decedente, voluit in omnibus scutoris 600. succedere Ascanium & Nicolaum ejusdem Agnetis fratres; Volens autem dicta Societas integrum censem, quem in majori summa cum illis Mazzottis habebat extinguere, dictam primæ ratæ scutorum 300. extinctionem fecit cum præfatis Laura Emilia & Portia Clarice Monialibus, seu eorum procuratore; Verum dicto Nicolao ut supra substituto

D

pra-